



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

18 Deponens pecunias in monte Pietatis, qua ratione aliquid plus capere potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**



## DECISIO IX.

*Ex conf. 9. alias 1.*

**9** **V**rsé, & legitime constitui potest societas, & contractus cum assecuratione fortis principalis, & capitalis pro pretio iusto, & cum assignatione certi lucri, nimirum quatuor, vel quinque pro centum, pro incerto facta etiam pro pretio iusto, vt exinde viduæ, & orphanæ, & aliæ similes personæ honeste sustentari, ac viuere possint ita Nauar. in Man. cap. 18. num. 261.

## DECISIO X.

*Ex conf. 10. alias 9.*

**10** **M**vtans sub vfuris, quamuis iuste vstras exigere non possit pecuniam tamen quam ad vstram dat, non perdit, sed eam vel a mutuario, vel ab hæredibus eius exigere potest, vel per certi conditionem, vel conditionem sine causa: quia cum pecunia eius ad alium peruenit, æquum est, vt illa etiam ad ipsum met redeat. l. si & me, ff. de rebus cred.

## DECISIO XI.

*Ex conf. 11. alias 32.*

**11** **S**olicitator seu actor negotiorum, quæ de Hispania ei Romanam mittuntur, cum mandato accipiendi pecunias ad expedienda necessaria ab aliquo campfore, si illas a semetipso accipiat, vt liberetur ab onere querendi si deiusiores dando campforibus; hec tantum suæ pecuniæ augmentum accipere potest, quantum campfori mandans dare debuisset. ex Nau. in Man. c. 17. nu. 284.

## DECISIO XII.

*Ex conf. 12. alias 2. de emptio. & venditio.*

**12** **D**eponentes scuta aurea apud mercatores, & postea minutatim valorem illorum in nummis argenteis, vel æreis capientes, aliquos quatinos, quos frequenter mercatores adijciunt, cum soluunt pro illis nummos argenteos, vel æreos iuste accipere possunt, non solum tanquam sponte donatos in gratiam depositi, vel mutui penes illos donatos facti, sed etiam tanquam debitos ratione cambij per minutum facti, ex Nau. in Man. c. 17. num. 283. & ratione valoris scuti quod forte tunc temporis, quo pecunia argentea, vel ærea in cambium traditur, pluris valet scutum aureum, quam Principis in estimatione aestimatur.

## DECISIO XIII.

**13** **O**conomus alicuius Domini, qui illi mille aureos in vltis domus suæ necessarios expendendos tradit, quos oconomus postea mercatori custodiendos tradit, prædictorum aureorum valorem in nummis argenteis, vel æreis a mercatore vna cum auctario quatinorum accipiens, auctarium illud sibi recipere potest, nec illos aureorum valori in fituto adijcere, aut Domino restituere tenetur; eo quod illud plus non soluitur Domino, aut oconomo illi, nomine Domini, sed ipsi oconomo, qui iam Dominus factus erat illorum aureorum, & periculo eius stabant, si perirent, vnde & luctum illi, & non Domino accrescere debet; secus autem si Dominus mille aureorum, aureos illos apud mercatorem deponeret, tunc enim auctarium est Domini, non oconomi.

## DECISIO XIII.

*Ex conf. 13. alias 26.*

**14** **C**ontractus societatis quo conferens mille aureos dat in societatem alteri, qui conferret industriam, & laborem in exercenda mercatura lanæ, eo pacto, quod dimidium lucri vni, & dimidium alteri cedat, addito etiam, quod si eueniret, vt nihil lucri heret, immo perirent præfata millia, dimidium eorum redderet, qui ea suscepit; etiam si finita societate, nihil de capitali perit, & lucrum diuisum sit æqualiter illicitus, & vstrarius censendus est, saltem quo ad dimidium pecuniæ collatæ, quod manet saluum eam conferenti, & conferens ad restituendum lucrum illi dimidio respondens te-

netur ei, qui industriam contulit cap. Quoniam. cap. confult. & c. in ciuitate. de vfur. & Nau. in Man. c. 17. nu. 25.

## DECISIO XV.

*Ex conf. 14. alias 27.*

**15** **S**ocietas centum ouium, cum pacto, vt eas dans ab altero intra biennium pro fructu & lucro tantum lanæ, & casei, 18 aureos accipiat, iniusta, & illicita est; eo quod centum pecudes vix centum aureos valent, vnde dans lucratur ad rationem 18. pro centum; maxime cum certificatio lucri certi pro incerto, lucrum soluendum diminuere debeat nec in contractu apponitur, vt diminuatur lucrum, si intra biennium illud pecudes aliquot moriantur; quod si ex agnis nascituris numerus reficiendus sit, diminuendum etiam erit ex eis lucrum.

## DECISIO XVI.

*Ex conf. 15. alias 6. de constit.*

**16** **L**ex, qua duæ ciuitates inter se conueniunt, vt omnia cambia quæ in eis fiunt inter se, censentur facta cum terminis differendi solutionem per sex menses a die præsentationis literarum currentes, illicita & iniusta est: cum ex inde is, qui dat pecunias cambij pro accipienda pecunia in illis ciuitatibus, eas petere, & accipere non potest vsque ad sex menses; vnde cogitur ibi manere sex mensibus ad pecuniam suam recuperandam, & vt plurimum opportunitatem suorum negotiorum vel ibi, vel alibi gerendorum perdere. Sed & decipiuntur semper dantes pecunias suas in vna illarum ciuitatum pro literis cambij ad alteram directis, putantes statim intra paucos dies eas soluendas esse, cum tamen solutio ei vsque ad sex menses vi præfata legis differetur.

## DECISIO XVII.

*Ex conf. 16. alias 24.*

**17** **S**ocietas, qua vnus confert mille aureos in societatem mercaturæ pannorum cum pacto vt alter assecuret conferentem de capitali, & insuper det illi pro sua parte lucri rationem quinque pro centum, illicita est; cum in vno contractu societas contrahi non possit, vt saluo capitali, detur lucrum illud, quamuis in tribus contractibus id licite fieri possit, vt ait Nau. in Man. c. 17. nu. 254.

## DECISIO XVIII.

*Ex conf. 17. alias 2.*

**18** **D**eponentes pecunias in Monte Pietatis, quatuor pro centum capere possunt, dummodo deponentis intentio, & finis principalis sit iuuare montem, & pauperes ab eo mutuantes, & non fenerandi, & quod ad finem deponendi, siue mutuandi monti, merces paratas venditioni, quas alio qui emissent, cum sint soliti mercari, aut si non sint soliti mercari, emissent tamen; His enim quatuor concurrentibus a Julio III. statutis, huiusmodi deponentes non recipiunt illa quatuor vi, & ratione talis depositi, seu mutui, sed ratione lucri cessantis, quod verisimiliter tantundem, vel amplius lucrarentur; constat autem mutuantem ratione veri interesse vltra fortem aliquid medioere iuste, & licite accipere. Glo. recept. in e. conquestus. de vfur. & S. Tho. 2. 2. q. 78. artic. 4. His enim seruatis, nec deponentes, nec depositarij peccant; Sin vero deponentes male deponant, ipsi soli peccant, & ad restitutionem tenentur, depositarij autem, seu ministri montis, nec peccant, nec restituere obligantur.

## DECISIO XIX.

*Ex conf. 18. alias 15.*

**19** **A**ctio ad soluenda centum post annum, vel biennium, vel triennium, minoris pretij, quam centum præfenti pecunia iuste emi potest, vt asserit Innoc. in cap. ciuitate. de vfur. & Nauar. in Manual. capitul. 17. num. 230. Quamuis enim remissio actionis ob solam anticipationem solutionis vstraria sit, cum tamen ob alium iustum respectum